



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

90. Ferdinandi Cardinalis Hispaniarum Infantis Belgij pro Philippo IV. Rege ac Fratre Gubernatoris, Mandatum Protectorium, Anno MDCXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

selbige wieder obgemeltes Unser ergangenes Urtheil/mit denen geklagten beschwernus-
sen vnd attentaten weiter nit gelebt werde.

An dem erzeigigen Dns E. L. angenehmes / Freunde Brüderliches gefallen / gegen
dieselbe mit zc. Geben zu Wien den 20. Nouembris 1626.

Latine sic sonat.

FERDINANDVS.

SERENISSIMA, etc. Nouit V. D. que Iuris contentio Lotharium in-
ster, quondam Electorem Treuirenssem ac R. Abbatem Sancti Maximi-
ni, etc. in Imperiali aulico nostro Consilio fuerit excitata, atque ab vtrius-
que partis Successoribus agitata.

Cum autem in hac Cæsaream nostram sententiam tertio proximè elapso
mensis Augusti die pronuntiauerimus, voluimus eam cum vestra D. ad illius in-
structionem communicare, vt huic adnexa copia docet.

Quia verò, qui modò præest Abbas cum suo Conuentu ob varia attentata,
et grauamina, quibus dilectus nobis nepos Electoris Treuirensis D. æquè post
ac ante pronuntiatam prædictam nostram sententiam memoratam Monaste-
rium Sancti Maximini, illiusque subditos affectit ac grauauit, magnopere læsus
& questus est, ad ea impedienda atque tollenda scripsimus D. V. vt alterum
annexum declarat.

Et cum D. V. illius dicti Monasterij vt regenti Duci Luxemburgensi Ius
hæreditariæ Aduocatiæ debeatur:

Idcirco requirimus V. D. amice at fraternè vt memoratum Monasterium
Sancti Maximini, eiusdem Abbatem, Conuentum, subditos ac ad eos pertinen-
tes, virtute dictæ hæreditariæ Aduocatiæ, vti antehac cum laude & ex singula-
ri voto nostro factum est, serio tueri velit, vt ne illud contra latam nostram
sententiam in delatis grauaminibus & attentatis vltèrius infestetur.

In hoc rem nobis gratam & amicam præstiterit D. V. parati erga ipsam &c.
Datum Viennæ 25. Nouembris 1626.

90.

FERDINANDI CARDINALIS
*Hispaniarum Infantis Belgij pro Philippo IV. Rege
ac Fratris Gubernatoris Mandatum Protecto-
rium Dat. Anno MDCXXXV.*

Ferdinand par la grace de Dieu Infante d'Espaigne, Lieute-
nant Gouverneur, & Capitaine General du Pays Bas,
& de Bourgoigne, &c.

A Tous Lieutenans, Gouverneurs, Chiefz, Colonelz, Capitaines, Quar-
tiermaistres, Fourriers & aultres Officiers de gens de guerre tant de
pied, que de Cheual, de quelle qualité ou nation qu'ils soyent, estans

au

au seruice du Roy Monseigneur & Frere, ensemble à tous aultres ses Iusticiers, Officiers & subiects qui ce regardera, & ces presentes seront monstrees, salut. Sçauoir vous faisons, que pour la singuliere recommandation, en laquelle nous auons tous Cloistres, Maisons de Dieu, semblables lieux deuots, & signament l'Abbayé Imperialle de S. Maximin lez la Ville de Treues, estant de la protection hereditaire de sa Maiesté. Et affin que les Religieux puissent tant mieulx vacquer au seruice diuin, suyuant leur regle & profession, auons prins & mis, prenons & mettons par cestes en la protection & Sauuegarde especialle de sa Maiesté & la nostre, ladicte Abbayé de Saint Maximin, avecq l'Abbé & Religieux & Conuentuels d'icelle, & leurs seruiteurs, domestiqz, & generalement tous les cheuaults, terres & biens appartenans à ladicte Abbayé, grains, fourrages, bestial, meubles, immeubles & aultres quelconques y estans, vous mandans partant & commandans, & à chacun de vous en droit foy, & si comme à luy appartiendra bien expressement de ne loger, ny permettre, que soyent logees en ladicte Abbayé aucunes gens de guerre, sans expresse ordonnance nostre, ou du Marechal de Camp de sa Maiesté. Et au surplus affranchir & exempter ladicte Abbayé, biens, cheuaults & terres de routes foules, torts, inuasions, mangeries & exactions, laissant lesdits Abbe, Religieux & Conuentuelz de ladicte Abbayé de ceste nostre presente Sauuegarde plainement & paisiblement iouyr & vser, sans y aller au contraire. A peine d'encourir l'indignation de sadicte Maiesté & la nostre, & d'estre puniz comme infracteurs de noz Sauuegardes & commandemens. Et affin que de ce que dessus personne ne puisse pretendre cause d'ignorance, Nous auons consenty & consentons, que l'on puisse & pourra mettre & affiger les blasons des armes de sadicte Maiesté & les nostres, en telz endroits de ladicte Abbayé, que sera trouué conuenir. Fait à Vdem soubz nostre nom & cachet secret de sadicte Maiesté, le dixhuietieme de Septembre, mil, six cent, trente cinq, &c.

Latinè sic sonat.

Ferdinandus Dei gratia Infans Hispaniarum, Locum-tenens, Gubernator, & Capitaneus generalis Belgij ac Burgundiæ, &c.

OMnibus Locum-tenentibus, Gubernatoribus, Præfectis, Colonellis, Capitaneis, Metatoribus, Mansionum designatoribus alijsque inter Milites, tam pedites, quam equites, Officialibus, cuiuscunque illi conditionis aut Nationis sint, sub Rege Domino & Fratre meo merentibus; alijs simul omnibus Iustitiarijs, Officialibus & subditis quorum intererit, & quibus hæ præsentès litteræ exhibebuntur, salutem. Notum vobis facimus, quod pro singulari affectu, quo complectimur omnia Monasteria, domos Religiosas, locaque eius generis sacra, præcipuè Abbatiam Imperialem Sancti Maximini prope Treuitos hæreditario suæ Maiestatis patrocínio subditam, atque vt Religiosi iuxta Regulam ac professionem suam eò melius vacare possint officio diuino, susceperimus & posuerimus, suscipiamus & ponamus virtute

harum

harum sub protectione & Salua-guardia speciali suæ Maiestatis & Nostra memoratam Abbatiam Sancti Maximini cum Abbate & Religiosis ac Conuentualibus illius, Famulosque & eorum domesticos ac vniuersim equos, terras, bona omnia pertinentia ad dictam Abbatiam, frumenta, pabula, pecora, mobilia, immobilia & quæcunque alia isthic sunt. Quapropter mandamus vobis ac præcipimus, & cuilibet vestrum nominatim, cuius intererit, omnino expressè, ne militem imponatis aut imponi permittatis dictæ Abbatie absque expressâ ordinatione Nostra aut Campi-ductoris Regij. Insuper liberamus & eximimus dictam Abbatiam, bona, equos, terras ab omni oppressione, iniuria, inuasionem, depraedatione aut exactiõne, sinentes dictum Abbatem, Religiosos, & Conuentuales memoratæ Abbatie præfenti hac Nostra Salua-guardia plenè & pacificè gaudere ac frui, non contraueniendo sub pœna incurrendi indignationem dictæ Maiestatis suæ & Nostram, subeundique pœnam violantium Saluasguardias & Mandata Nostra. Atque vt eorum, quæ dicta sunt, nemo causam vllam prætereundere possit ignorantie, consensimus & consentimus affigi posse insignia dictæ suæ Maiestatis & Nostra in ijs dictæ Abbatie locis, quibus commodum visum fuerit. Datæ in Vdem sub Nostra nomine & Sigillo secreto dictæ Maiestatis suæ 18. Septemb. 1635.

*Atque hæc Diplomata è multis pauca, tam Pontificia, quàm
Cæsarea ac Regia volumus exhibere: plura possemus; sed
veritatis amantibus, quæ proposuimus, suffecerint.*

FINIS.

